


22





4
OBSERVATIONES

DE

PRINCIPUM ALIO-
RUMQUE IMPERII
STATUM

FOEDERIBUS.

vulgò

Alliancen / &c.

Autore

MATTHÆO STIERIO,

J. U. L.



HANNOVERÆ,

Typis Wolfg. Schwendimann, Duc. Ty.

Impensis

CASPARI MOSERI Bibliopol: Hannov.

Anno M. DC. LXXI.

OBSEKVATIONES

PRINCIPUM ALIO

RUMQUE IMPERII

ST. THOM.

FÖRDERLIGUS

Anglo

SEMPER

Quos

MAIUS STILIO

III.


ALPHONSI

Decorative floral border

B

Decorative initial

non
Elem
fion
tia
vel
Eff
cor



A SUMMO


BENEVOLO LECTORI salutem.




Asce observationes, in quas b. L. incidis, quasq; benevolo adspetu Tuo dignaris, sanæ seu Aristotelicæ Philosophiæ, nec non Dn. à Felde primarum demonstrationū seu Elementorum Juris Universi plerasq; conclusiones esse, ipse vides. Etenim scientia, Philosophò 11. *Metaph.* 7. docente, vel Theoretica, vel Practica, vel Effectiva est. Et scientiæ Practicæ conclusiones, quando sub prudentiæ

) (2,


tia



tiæ habitum cadunt, syllogismorum
practicorum majores esse, nomineque
observationum venire solent. Ex quo fit,
ut is, qui $\sigma\upsilon\nu\epsilon\sigma\iota\nu$ & practicam scientiam
habet, ipsumque demonstrandi modum
ex post. anal. libris callet, non eorum
modò, quæ ab aliis observata sunt, ra-
tiones ac causas investigare, sed & no-
vas res seu observationes antea inco-
gnitas ratiocinando deducere queat; si-
quidem $\Sigma\upsilon\nu\epsilon\sigma\iota\varsigma$ *Philosopho 6. Eth.* habitus
est, quò eorum rationes & causas inqui-
rimus, quæ à prudētia (*ea sive Llatoria, sive
alia 6. Eth. exposita sit*) sunt profecta: Et
ratiocinari est deducere incognitum
ex cognito h. e. ex principiis (*quæ h. l.
potissimum sunt Philosophia Aristotelica, nec
minus supra memorata Elementa 3. u.)*) dedu-
cere. Inficias equidem ire nequeo,
eum, cujus quavis in re observationes
communem lucem & aspectum ferre
debent,




debent, prudentiâ; adeoque necessario
ἐμπειρία instructum esse debere:
cùm (per naturam prudentiæ) duæ ejus-
dem essentialis partes 6. Eth. mihi 8. &
scientia & *ἐμπειρία* sint. Hanc autem
nemo à docēte, sed proprio usu per mul-
tos annos habet. Ut autem me expe-
diam, dico, quod hic senio ferè confecti
suas observationes inductione & à po-
steriori habeant; illi verò, de quibus
θύεβις, & qualiscunque scientia practi-
ca tantum dicitur, à priori. Quibus ex-
positis, spero fore, ut benevolus Le-
ctor me Zoilis, Momis ac Sophi-
stis excuset, quod videlicet mihi non
tantum sumam, ut, ceu verè pru-
dentes solent (*i. e. qui ἐμπειρίαν habent*)
Principes ac Consiliarios docere ve-
lim. Quod autem tenuia hæc mea
deducta malevoli exposituri sint,
per me liceat. Inter cætera enim ex-
ercitia Academica præsens quoque fuit.
Erant



Erant quidem viri Philosophiâ, non dicam quâ, vulgò saltem conspicui, qui cognitiones meas à veræ Philosophiæ, nec non *Dn. à Felde Elementorum studiô* abstrahere, nullum non lapidem movebant: ego autem eorum rationes minùs, quàm alii, (*quibus Præceptorum auctoritas pro ratione erat*) approbavam, tempus haud rectius locari ratus, quàm si inquirendo illius Philosophiæ usui impenderetur. Eapropter huic rei intentus eadem methodo, qua fidelissimè informatus eram, me ipsum exercere volui, debui, præcipuos pandectarum titulos ex illis principiis, additis cujusd. accuratis definitionibus, resolvendo, ingens volumen de Consiliario elaborando. Quib. juxta ingenii modulum simplicissimo seu philosophicò stylò congestis, materiam de Bello & Fœderibus selegi; cujus capita: **Quomodo Principes & Consilarii de Belli Justitia ac qualitate judicare possint: Quo-**



Quomodo methodo Aristotelica belli-
ca consultatio suscipiatur : Quod-
nam & Principum & Consiliariorum
officium sit circa Ducem vulgò Felds
Herzen / General, Præfectos &c. eli-
gendos: Quænam Ducis natura, seu
quid ille sit: Quomodo suam autori-
tatem conservare possit: Quomodo
milites tractare debeat: Quibus argu-
mentis militibus suis in prælium ituris
animum addere queat: quibusque
Consilarii in bello Principi suadendo
vel dissvadendo, uti possint. In quibus u-
sus *lib. 1. Rhet. Aristot. cap. 4. 5. 6. 7. & 9.*
monstratur. Eiusdem *Philosophie*, nec
non *Elementorum* usum uberrimum in
Disputatione pro gradu de Judice, ejusque of-
ficio, & in specie circa sortis ejusque accessio-
nis solutionem monstravi. Quod autem
materia de foederibus levi brachio hic
tractata (quippe qui nulli non, qui ean-
dem methodum amplectitur, lubens cedo)
in publicum prodeat, ipseque operum
quo-



quorundam mentionem faciam, non
hac fini fit, ut gloriam & laudem ca-
ptem; sed eò, ut ad idem præstandum
(quod hic potius volui, quàm solidè construere
potui) veri Juris N. studiosis calcar & ani-
mum adderem. Qua de causa benevole
Lector omnia boni consulas, mihi fa-
veas. Tibi me, meaq; studia com-
mendo. Vale, fave.

Monitum.

Cum in operis calce spatium nullum supersit:
emendanda, quæ per transennam aspexi,
b. L. emendabit. pag. 51. lin. 15. post 24. le-
gat IV. p. 71. lin. 21. propositio quædam in exem-
plaris ora vulgò margine posita, me absente,
omissa est. Mutetur igitur ejusdem ratio ibid.
omissò tamen Cum, sic: Emendandi igitur
pag. 42. lin. 15. circumstantia -- legat cir-
cumstantiæ.

§. 1.



§. I.

Cum maxima felicitatis huma-
 næ pars suavissima vita extra
 periculum omne posita sit (*per
 definitionem lib. I. Rhet. 5.*) Inde
 nemo non naturâ studet, ut & ipse &
 res suæ in tuto sint, vel eas consequa-
 tur, quibus eget, vel amissas recuperet,
 vel eas retineat. Ut paucis includam,
 bonum aliquod obtineat. Etenim is,
 qui eget, dolorem aliquem sentit; siqui-
 dem egere homines iis dicuntur, quæ
 appetunt, maximeque si eis sine dolore
 carere nequeunt. *Arist. 2. Rhet. 7.* Quo-
 niam autem nonnunquam accidit, ut
 quis solus id bonum obtinere nequeat,
 quod sibi parare, vel recuperare seu
 A vindi-

vindicare intendit: hinc amici ope opus est, ita, ut cum eo indigens quasi unum quoddam fiat, consequenter societatem ineat; quippe societas in genere est quasi unum quoddam ex quibusdam, vel multis hominibus operatione sua ad aliquod bonum tendentibus. Cùm verò & Principes & Respubl. boni alicujus obtinendi gratiâ nonnunquàm quasi unum quoddam seu socii fieri soleant: Inde ea societas dabitur, quæ *fœderis* nomine venit.

2. Hoc pro meo instituto hîc definire liceat, quod *sit societas, quâ Principes quidam, vel nonnullæ Respublicæ ad bonum aliquod obtinendum laborant.*

3. Qua definitione præmissâ, sequentia paucis hic exponenda sunt.
(1) circumstantia *quis*, seu, quis *fœdus*

us ferire possit. (2) *Quid* cum sua
qualitate. (3) *quomodo* (4) *quo*
tempore (5) quodnam foederato-
 rum officium sit. (6) quomodo foedera solvantur.

4. Ad primum seu circumstantiam
quis cognoscendam, nos haec proposi-
 tio ducet: *Qui cum aliquo fae-*
derus inire vult, ejus conditio-
nis esse debet, ut summam
potestatem habeat in Repu-
blica, cujus saluti consulit. (q)

(q) Nam, uti consultationes bellicae
 ad illum spectant, qui habet τὸ κέρδιον
 in civitate: ita & foedera, utpote ne-
 gotia aliqua publica, ad eundem perti-
 nent. Ea propter sequitur hoc: Uti
 summus Magistratus in Republica: ita
 & in nostro Imperio Romano-Germa-
 nico

nico noster Imperator cum Electoribus
 ratione foederum se habet. Handhas
 bung des Landfriedens Anno 1495. add.
Aur. Bulla: Noch einige Verbündnisse oder
 Einigung mit frembden Nationen oder
 Gewälten machen / die dem Reich zu
 Schaden / Nachtheil und wieder seyn
 möchte. Add. *Capitulatio Caesares Ferdi-*
nandi art. 7. ubi: Wir sollen und wollen
 für uns selbst als erwählter Römischer
 König in des Reichs Handeln / auch keis
 ne Bündnisse oder Einigung mit fremb
 den Nationen / noch sonst im Reich ma
 chen/wir haben denn zuvor die sechs Churs
 Fürsten deßhalben angelegene Wahlstadt
 zu ziehmlicher Zeit erfordert / und Ihren
 Willen sämbtlich / oder mehrentheils aus
 Ihren / und zwar auf einer Collegial-
 Zusammenkunfft/ und nichts durch abson
 derliche Erklärung (Es wäre dann das
 publica salus und utilitas eine mehrere
 Schleinigung erforderre) in solchen ers
 langet. Add. *noviss. capitul. in victis.*

simi

simi nostri **LEOPOLDI,**

ubi est, quòd nec hodie Imperator de re-
 bus Imperii citra E. E. aut Statuum con-
 sensum cum extraneis foedera inire pos-
 sit. Videtis **Friderichen von Hers-**
den Lic. in der Grundfeste des Heil. Ròs-
 mischen Reichs Teutscher Nation pag. 232.
 Ubi monita communia ad capitulatio-
 nem futuram exhibita Anno 1658. 17.
 27. April. ad art. II. (1) Daß der zukünfft-
 tige Römische Kayser das Reich in frembs-
 de Kriege nicht implicire. (2) Sich aller-
 heim- und öffendlicher assistenz durch Übers-
 laß und Zuschickung der Völcker einzel od-
 der Troppenweiß/ in Compagnien / Res-
 gimentern / oder Armeen/ oder einen aus-
 wertigen Partey gegen die ander / es ges-
 schehe per directum, oder indirectum, so-
 fern dem Reich daraus Schaden und Bes-
 fahr entstehen kan / gänglichlichen enthalte.
 (3) Daß der künfftige Römische Kayser
 ohne der Stände Consens weder von des
 Reichs / noch seines Hauses wegen einen
 A 3 Krieg

Krieg anfangen/ oder fürzunehmen gestats
 te. Et deliberationes de hisce suscipi-
 entes Consiliarii sunt. Nam ad princi-
 pis nutum ac voluntatem seu Prin-
 cipis iussum ad consultandum moven-
 tur: Sicuti enim prima intellectus pra-
 ctici pars (Tr. meo de Consiliario) deliberare
 scil. à secunda utp. à præcipere impelli-
 tur ad deliberandum: ita & Consiliarii
 à Principe. Etenim Princeps in sua Re-
 publ. principium motûs est, ad cuius
 voluntatem unum alterumvè move-
 tur, modò voluntas recta, non erronea,
 siue corrupta sit add. Elem. pag. de impru-
 dentia & causis corrumpentibus iudicium in-
 tellectus practici 78. add. Philosophum 5. Me-
 taph. de Principio cap. 1.

5. Nec Imperator solum
 Fus fœderum habet. sed &
 Principes Germaniæ (r) &
 Civitates Imperiales liberae.

(s) ita.

(s) ita, ut vel Principes cum Principibus, (t) vel Civitates cum Civitatibus, (u) vel Principes cum Civitatibus fœdera nonnunquam pangant. (w)

(r) Intellige, quòd, quoad pacis publicæ & securitatis causam, possint intra sese cum exteris fœdera inire *Aut. Bull. tit. 15. Limn. lib. 4. cap. 8. n. 28. & tom. 5. in add. ad hunc num. pag. 300. & seq.* Hæc specialis concessio postea in Instrumento pacis aucta & confirmata in ipsis *Aristotelicis* principiis fundata est. Quicunque enim societatem quandam constituunt, illi quasi unum quoddam sunt *per defn. §. I. in fin. ferè.* Quicque sic quasi unum quoddam sunt, illorum officium est consultare & sic operari, ut tales maneant, consequenter amici. Ea propter hoc privilegium fundamenti locò *amicitiam* habet. Nam, quic.

quic. quasi unum quoddam sunt ratione
 finis sive boni obtinendi causa, illi sunt
 amici. h. l. pacis & securitatis &c. seu ali-
 cujus felicitatis humanae causa. Hæc
 universalis propositio in 8. Eth. sedem
 suam habet. Hinc ejusmodi privilegiò
 concessò Principum Consilarii ex
 I. Rhet. 5. sic argumentantur: Quicquid
 facit ad partem felicitatis humanae h. l.
 ad securitatem & pacem obtinendam,
 de eo est consultandum. E. de fœ-
 dere etiam. Enthymematis minor omis-
 sa probatur ex d. I. Rhet. 5. n. 5. ubi
 amicorum copia, bonorumque amicitia
 felicitatis humanae pars it. n. 4. *secu-*
ritas talis habetur. Ex quibus funda-
 mentis sequitur, quare Principes accura-
 tè tueri debeant constitutiones Imperia-
 les, & severiter coërcere omnes, cu-
 jusc. ordinis, status aut conditionis pa-
 cem violantes sint. *Warem. ab Ereimb.*
n. 230. 128. Mynsing. cent. 6. Obs. 2. n. 4.
 Ex iisdem fluit id, quod habet *Aut. des*
Grösch.

Fröschmeufelers *part. 3. cap. 5. in fin.*
 Und wie sonst/ inquiens, an der festen Kets
 ten/ die Ringe sein ineinander treten / daß
 einer den andern zeucht und hält/und keiner
 von andern entfält : So ist ein Stand
 des andern Schutz. *In tantum, per ea-*
dem Juris naturæ fundamenta, ut hoc
privilegium Principes & Status Imperii
habeant, ut non alios Status solum in
protectionem recipere, verum etiam
Statuum subjectos, seque absque con-
sensu & licentia Imperatoris in aliorum
protectionem conferre possint. Limn.
lib. 4. cap. 8. n. 28. & 78. & tom. 5. in ad-
dit. hujus n. pag. 300. & seq. Illud tamen
 quoad receptionem cum restrictio-
 ne ac limitatione capiendum est, quod
 videlicet alienos subjectos in protectio-
 nem recipere non possint sine prævio
 verorum Dominorum consensu *Recess.*
Imper. de Anno 1548. §. als weyland. Recess.
1555. §. Es soll auch kein Stand. Recess.
1529. §. Wir auch Churfürsten. In quo §.
religionis mentio fit.

A 1

(s) Ci.

(s) Civitates vulgò sic dividi solent: in freye Reichs-Städte / in Fürstens Städte / und in die jenigen / welche zum theil dem Reich ohne Mittel / zum theil Fürsten verwand und zugethan seyn / welche à principali Reichs-Städte genant net werden. Hæ, mixtum statum habentes, Imperatorem, quoad regalia, ex cuius concessione ea habent, immediate agnoscunt; Electores verò vel Principes Imperii ratione territorii, in quibus ejusmodi civitates sitæ sunt, recognoscere solent. Fürstens-Städte dicuntur Ducales vel provinciales, neminem, nisi territorii Dominum recognoscentes. Freye Reichs-Städte sunt societates, quæ Romano Imperio immediate subjectæ, ejusdem albo inscriptæ sunt, & sessionem & votum decisivum in Comitibus habent, ut cum reliquis Imperii Statibus salutem ejus promoveant
Instrum. pacis Cæs. Svec. An. 1648. Art. 8.
Dn. Beliz in Jesea Jurispubl. Tab. 7. Erunt igitur per hanc Civitatum liberarum
 Impe

§§(II.)§§

Imperialiū naturam sequentes affectio-
 nes, (1) quod neminem præter Cæsa-
 rem & Imperium superiorem recogno-
 scant (2) quod in matriculam Imperii
 relatæ sint *Gail. lib. 1. Obs. 21. num. 2.*
 (3) quod ad Comitiam vocentur, & in
 iis Jus suffragii habeant *Instrum. pac. d. l.*
Recess. Imper. de Anno 1549. §. Wann auch
 (4) quod primam instantiam in Came-
 ra habeant *Gail. d. l. Obs. 1. n. 17. per n. 1.*
hic. Quæ Civitates vel Rhenanæ, vel
 Svevicæ sunt. Hæ (quas *Dn. Belitz d. l.*
recenset) sunt Regenspurg / Nürnberg /
 Rottenburg an der Tauber / Weissenburg
 an Nordgau / Schwäbisch-oder Donau-
 wert / Wintheim / Schweinfurt / Wims-
 psen / Heilbrunn / Schwäbischen Hall /
 Nördlingen / Dünckelspiel / Ulm / Augspurg /
 Gingen / Börsingen / Achler / Schwäbi-
 schen Gemünde / Eßlingen / Neutlingen /
 Weill / Oslendorff / Rauffbeuren / Uber-
 lingen / Wangen / Ysen / Leutkirch / Mem-
 mingen / Goslar / Thüringheim / Berden.
 Illæ verò nempe Rhenanæ sunt Colln

am Rhein / Aachen / Straßburg / Lübeck /
 Hamburg / Rempten / Buchhorn / Kas
 versburg / Biberach / Lindau / Kostniz /
 Kaysersberg / Colmar / Schlettstadt /
 Rohrtweil / Hagenaw / Weissenburg am
 Rhein / Obernheim / Kofsheim / Speyer /
 Worms / Franckfurt am Main / Frieds
 berg / Wehler / Ossenburg / Landau /
 Geurnbach / Zoll am Heimersbach / Dorts
 mund / Mühlhausen in Thüringen / Dorts
 hausen in Thüringen / Münsterreich in S.
 Gregorientahl / Herwerden / Cammerich.
 Vid. Dn. Belitz d. l. Cùm igitur hæ Civi-
 tates Imperii liberae Imperii Status æquo
 ac Principes sint , seu de iis non aliter ,
 quàm de ipso Principe judicandum sit
 Gail. lib. 2. Obj. 57. n. 3. Matth. Stephani
 Discurs. Acad. Jurispubl. 9. th. 5: & Principes
 (per deductionem lit. (r) hic) Jus foederum
 tanquã privilegiũ habeant: Indè firma
 sequela est , quod & hæ Civitates vel
 cum Principibus , vel inter se foedus fe-
 rre queant ; quæ propositio erat pro-
 banda. Add. Matth. Steph. d. l. th. 3.

(t) Prin-

(t) Principes confœderatos vel natura, vel Lex, vel bonum honestum, quale religio esse potest, facit. Natura eos confœderatos esse jubet, inter quos est naturalis amicitia. Etenim foedus (per def. §. 2.) societas est: & societatis omnis fundamentum (per Observ. 5. lit. (r)) amicitia. Quare sequitur, dari aliquod foedus naturale. Hinc quot sunt species amicitiae naturalis, tot quoque foedera naturalia sunt h. e. quando conscientia amicitiam naturalem foventes ad foedus ineundum impellit, etiam sine speciali consensu. Nascitur autem naturalis amicitia ex sanguinis cognatione; cujus tres species Aristoteli 8. Eth. recensentur; quarum (1) est, quae dicitur paterna, inter parentes nempe & liberos (2) fraterna, inter fratres. (3) inter cognatos & agnatos. Hinc, uti agnati & cognati, vel potius fratres ad se invicem: ita & Principes ratione unius ejusdemve religionis (Evangelicae) ad se invicem habent. Jam verò fra-

tres, ut cæteri, inter quos naturalis amicitia est, sunt quasi unum quoddam in uno, nempe in eo, ex quo originem ducunt, qui eorundem existentiae principium, utpote pater est. Vid. Elem. pag. 416. seqq. E. & Principes Christiani (analogicè dictum esto) in Christo convenientes fratrum societatem & amicitiam imitantur. add. Elem. pag. de amicitia perfecta, quam qui veri Christiani sunt in hac vita colere debent 484. pag. de Amore sui, prout eum Christianus definit 485. 527. pag. de suavissima & jucundissima Christianorum vita quem in Jesu Christo permutuam caritatem vivunt 486. Quò major igitur identitas naturalis inter aliquos est, eò majus conscientiae imperium ad mutuuum auxilium ferendum vi foederis à natura confirmati, est, ita, ut non specialis conventio, nec similis vocatio requiratur, vel filio, vel patre, vel fratre, vel agnatò obsidione pressò. Cùm igitur foedera legitima specialiter inita inter non naturales amicos foedera naturalia, per antea datum fundamentum

damentum ex 8. Eth. imitentur : & vi
 pacti seu legis foederati mutuò operen-
 tur id, ad quod obligati sunt : Ita & Ma-
 gistratus atque pater erga subiectos iis
 adsistendo se gerit. Nam sicuti natura-
 lis amicitia civili amicitiaæ præfertur :
 ita & Magistratus amor erga subiectos
 amoris effectum erga amicos lege seu
 conventionem tales docet , cum nempe
 Magistratus veretur, ne amico adsisten-
 do sibi ac subiectis majus malum obven-
 turum sit. Qua de re ulterius dedu-
 cendâ paulò post in speciali *observatione*
 dicetur.

(u) Indè foedus Ansaticum fuit der
 Hånse Städtte / partim ad præstanda
 mutua commercia , partim ad mutua
 auxilia vide der vereinigten Hånse Städt-
 te kurze nohtwendige Verantwortung /
Arumens ad Aur. Buq. disc. 6. ad cap. 15. th.
10. Sprenger in Jurispr. publ. pag. 17. Di-
 cuntur autem civitates Hansaticæ sive
 hansee Städtte quasi die Handel Städtte /
 vel See Ansee Städtte / sive an der See
 sitæ ,

fitæ, ed, quod maxima pars earum mari
adjaceat. *Matthias Steph. d. l. tb. 3. in fin.*
Ex parte aliqua nonnullæ Civitates
provinciales mixtum statum habent,
quarum foedus ob temporis diuturnita-
tem immemoriam facile defendi pot-
est. *Betsius de pact. famil. fol. 53. Nolden. de
statu. Nobil. cap. 9. num. 300.*

(w) Sic Svevi pro tuenda pace mu-
tua electis potentissimis Germaniæ
Principibus foedus decennale contra se-
ditiosos rusticos Anno 1330. pepige-
runt.

6. *Fœdera tam naturalia,
quàm legitima, sunt vel
æqualium, vel inæqualium,
& utraque vel fidelium, vel
infidelium. (a)*

(z) *Per def. fœderis §. 2. Nam socie-
tas est vel inter æquales vel, inæquales:
cùm amicitia §. Etb. vel æqualis vel in-
æqualis*

æqualis sit. Quoniam amicitia alicujus
boni gratiâ est, idque vel *honestum*, vel
jucundum, vel *utile*: inde amici horum
bonorum intuitu partim ratione *quan-*
titatis, partim ratione *qualitatis* erunt vel
æquales, vel *inæquales*. Sic ratione boni
honesti honesta amicitia est *Arist. 8. Eth.*
Elem. 7. u. pag. de honesta amicitia 422. seqq.
Hinc (*quatenus religionem ad id bonum refero*)
& Princeps & Civitates liberæ Im-
periales æquales amici seu confœ-
derati sunt. Quando autem ad bo-
num jucundum, & in specie ad hoc bo-
nū respicio, quatenus nempe à fortuna
aliquid habent, sive, quatenus Reges vel
Principes sunt, eatenus *inæqualis societas,*
amicitia, taleq; fœdus est: cū statu diffe-
rant. Æquale igitur fœdus est *statu*
inter duos, pluresvè Germaniæ Princi-
pes civitatum liber: Imper: intuitu, & sic
inter se *qualitate* differunt. E. inter ami-
cos æquales est fœdus in Germania,
quod Electorium dicitur. Hoc autem
vel *universale*, vel *particulare* est. Illud in-
ter

ter omnes Electores ; hoc verò inter
 quatuor Rhenanos EE. pactum. Ho-
 rum tamen differentia est. Etenim par-
 ticulare seu Rhenanum legem suam
 (*vel quatenus ipsa lex est*) dirigit ac tendit
 ad mutuam defensionem , bonorum
 conservationem , terrarum & vectiga-
 lium. Hoc constitutum legimus Anno
 1519 ; universale autem anno 1521,
 de non se offendendo , de mutua
 defensione de quib. vid. Spreng. in ju-
 rispr. publ. pag. mihi 114. plura foe-
 dera æqualium & inæqualium *ibid.* ha-
 bebis. Tandem ratione *boni utilis* iterum
æquales, vel inæquales sunt, vel ratione quan-
titatis, vel ratione qualitatis. Hinc *societatis*
contractus originem ducit , quæ definitur
contractus, quò plures amici
ex collatis vitæ instrumentis
lucrum licito modo quaerunt.
 Nam unus operam , alter verò pecu-
 am

niam conferre potest. Hinc foedus ex parte hanseaticum ratione commerciorum est. Ratione *quantitatis* vel *aequale*, vel *inaequale* foedus est id, quando cohortes foederatorum numero aequales sunt, sive Principes, sive dictae Civitates, sive Civitates cum Principibus foederati sint uti supra. *Boni utilis* intuitu inaequalis societas fuit quoad *qualitatem* inter potentissimos Gallorum & Svecorum Reges: Ille enim pecuniam ad bellum gerendum suppeditabat; hic vero conductis militibus operam.

(a) Sic Principes unius, ejusdemque religionis focii, ut & similes Civitates, *fideles* habentur. Maxime infideles, adeoque in faustum foedus fuit illud contra Carolum V. Imperatorem inter Franciscum I. Gallorum Regem & Turcarum Imperatorem; quippe quod illi Regi non multum profuit. Quin aliquot millia Christianorum Turcicae servituti mancipata fuerunt. In Imperio autem nostro compertum habemus duos,

duos, vel plures Principes diversæ religionis ratione alicujus boni externi adversus alterius religionis cultorem foederatos esse potuisse add. Sprengerum d. l. pag. 118. Grotium de J. B. & P. lib. 2. cap. 15. n. 8. seqq. Quid alioquin judicandum sit de *in fidelium* foederibus, mox dicitur. add. Arumæum ad Aur. Bull. discurs. 6. th. 7.

7. Ad secundam in foedere observandam circumstantiam quid progredior. Hæc circumstantia foederis *qualitatem* exponit, quæ unà cognoscitur ex circumstantia *ejus gratiâ*, per *hypothef. 3. Eth.* Inter cæteras autem *qualitates* sequens est:

8. Ut foedus revera dicatur, Consiliarii officium est, ut expendat, num effectum ratione r̄ posse (b) sortiatur, vel

vel non ; quando effectum
nullum habet, fœdus dici ne-
quit.

(b) Hoc posse Consiliarius cognoscit
(1) ratione *circumstantiæ* quis, dum nem-
pe inquirit, num tantæ potestatis alter
sit, qui fœderatus dici debet. (2) lo-
ei distantiam, in quantum nempe à
suo Principe, vel ab eo distet, à quo bel-
lum aliquando metuet, vel jam metuit,
expendit. Nam in fœdere *facilitas*
obtinendi bonum considerata est.
Quare remotus esse non debet ; alio-
quin inutile fœdus est. Hinc *Ware-*
mund. lib. 1. cap. 2. n. 127. de fœder. fol. 127.
ubi ait, quod improbanda videantur fœ-
dera cum nimis remotis : nisi remotus
hostis amici vicinus sit, tunc enim ami-
cus Consiliarii Principi utilis esse pot-
est *per observat: Auctoris Militarisch. Erins-*
nerung. pag. 95. verb. Hören wir/ daß eis-
ner wider unsern Bund und Kriegsgenos-
sen

sen im Anzuge ist / und auß seinem Lande
rückt / so sollen wir alsbald Ihm eine Armee
ins Land führen / und einnehmen / was
wir können. Solches that P. Silius, und
König Bogud, wie Sie höreten daß König
Juba einen grossen Hauffen Volcks Scipi-
oni wider Cæsarem zuführete. Jul. Cæs.
Afr. bell. cap. 7.

9. Consilii officium est,
ut expendat quot confœde-
rati eligendi sint: (c) & quidem
tot eligi debent, quot Duca-
tus remunerando perferre
potest: (c) & qualis belli
eventus futurus sit. (d)

(c) Nam inter confœderatos, inter
quos mediante pacto amicitia est, utilis
esse solet. Hæc autem conservatur,
quando amicus amico utilis esse potest
nempe ratione alicujus boni externi.
Hinc

Hinc in se bonum quidem est, multos
 amicos seu confœderatos habere, Du-
 catui autem exitiosum habendum &
 non habendum: diverso tamen respe-
 ctu. Etenim confœderatus compen-
 sari vult id, quod vi fœderis impendere
 debuit. add. Spreng. in Tacit. axiom. pag. 62.
 verb: Non credas, quod fœdera quis tecum
 pangat, nisi proprio incitetur commodo. Ob
 proprium utile Demetrius ambiit Jonathæ fœ-
 dus, Macab. 10. nec putes fœderatum te in peri-
 culo juvare, ubi illum interesse nullum tangit:
 sepe libentiùs tuam oppressionem optat. Et
 pag. 63. Vulgatum, inquit, est, nullum in
 societatem tuam venire, nisi lacrum intendat.
 Eapropter is, qui auxilium fert, in hoc
 cautus esse debet, undè damnum resar-
 ciri possit ac debeat. Nam de suis da-
 mnum is, qui implorat, resarcire debet.
 Quare id, quod amicorum facultates
 absument, iis salutare non est.

(d) Per def. fœderis §. 82. verb. ad bo-
 num aliquod obtinendum. Hinc Consilia-
 rius debet perpendere, nùm id bonum
 obti-

obtineri possit, vel nūm aliquod damni
 Principi ab hoste inferatur? Pertinet
 huc Militarische Errinner. pag. 87. n. 4.
 Ehe einer mit einem in Kriegsbereitschaft
 sich einlassen will / so soll Er zuvor alle
 Umstände wol erwegen / besonders aber /
 wie etwa der Krieg hinaus lauffen möchte /
 damit Er darüber nicht in Ungemach ges-
 rahte. Also vermaledeyete der alte Cati-
 vulcus Aborigem, daß Er wider Cæsa-
 rem den Krieg angefangen / bracht also
 mit Giffit sich selbst um / dann Er war alt /
 und kundte die Last des Kriegs nicht ertras-
 gen / vielweniger den andern gleich mit der
 Flucht sich retten. Jul. Cas. de bell. Gall. lib.
 6. cap. 8.

IO. *Cum quis contra alium
 bello implicatum alii Princi-
 pi adjumento est, ita, ut is po-
 tius ad utile, quàm ad hone-
 stum bonum respiciat, seu ut
 plus*

plus recipiat, ejusmodi foedus
per Jus legitimum dirigi, non
verò per illegitimum, (e)
Principi Consiliarius autor
esto.

(e) Per 8. Eth. 13. Nam amicitia utilis,
quæ plerumque inter confœderatos ef-
se solet, dicitur vel *moralis*, vel *legitima*,
in qua nempe beneficia communican-
tur & compensantur certa quadam re-
munerationis *lege & conditione*. Et hæc
maxima ex parte dirigitur vel per *Jus*
legitimum seu positivum, vel per *illegiti-*
imum seu ex moribus & consuetudine
sumtum. Per *Jus legitimum* cum so-
cietas h. l. foedus dirigitur, certa pacta
adjiciuntur add. *Arist.* 1. *Rhet.* 15. Et
hæc pacta inter paciscentes vim legum
habent seu obligant. Hinc, ut paci-
scentes de mutuo officio præstando se-
curi sint, cautiones intervenire solent.

B

Legi-

Legitima similis quoque est emtioni
 venditioni, cujus fundamentum amicitia
 dicitur quasi forensis & mercatoria
 h. e. in qua statim de manu in manum
 compensatio fit. Vel eadem legitima
 talis est, in qua retributio & compensa-
 tio alterius fidei & integritati relinqui-
 tur; Vel quando beneficium accipiens
 non statim reddere potest, quod de-
 bet, in aliud tempus benevolentiae intui-
 tu rejicitur. Moralis amicitia, vel so-
 cietas, quam illegitima appellare li-
 ceat, est, in qua beneficia compensantur
 & communicantur non præviò quo-
 dam pactò, nec additâ aliqua conditio-
 ne, sed ex arbitrio & benevolentia.
 Quum igitur ratione querelarum amit-
 citia legitima præstantior sit illâ illegiti-
 mâ seu morali: erit & foedus, querela-
 rum ergò, præstantius h. e. non tam fa-
 cile in hoc, ut in illo foedere illegitimo,
 querelæ oriuntur: cum in legitima
 amicitia certò definitum sit, quid, quan-
 tum, quale, quomodo & quando
 red

reddendum sit ; in illegitima verò nulla harum circumstantiarum mentio fit. Et fieri potest, ut conferens plura sibi reddi expectet, quàm accepturus est. Nam quando ex benevolentia eum in finem in alterum aliquod bonum contulit, ut ejusdem arbitrio committat, quantum retribuere velit, tunc sane querele facile oriri possunt. Hinc alia propositio.

II. *Cum inter duos Germaniæ Principes bellum metuitur, tertius autem hisce duobus potentior uni auxilium gratis offert, ita tamen, ut vereatur, propria auctoritate ne aliquando id, & plura sibi sumat, quàm beneficii estimari possit: (f) tunc*
B 2 id

id beneficium sub certa spe
 & cum Principis detrimen-
 to & exitio ferè oblatum
 cum gratiarum actione recu-
 sandum . & potius de alio
 amico idoneo consultandum
 ac elaborandū est, ut ejusdem
 religionis socium Principem
 vicinum ac potentem conse-
 quatur, qui aliis terrorē incu-
 tiat, quique antea aliis terro-
 ri fuerit: Et cum animadver-
 tit, hoc per alios impediri,
 ipse adversus illos moliri, (g)
 & potius boni honesti (h) con-
 ser-

servandi, quàm utilis (i) ra-
tionem habere debet. (k) Eum
autem potentem ne metuat,
cum ipso ex eo statim tempo-
re, quo vicinus factus est,
perpetuum fœdus pangere
debet.

(f) Per obs. 88. lit. (c) verb. Non credas,
quod fœdera quis tecum pangat, nisi proprio in-
sitetur commodò.

(g) Per fundamentum der Milit. 'Err.
pag. 38. verb: Weis man / daß unser
Feind Jhn etliche anhängig macht / derer
Hülffe er sich wider uns gebrauchen wil / so
sol man Jhn für allen dingen solche Hülff-
se entziehen / ehe wir wider Jhn den Krieg
anfahen (h. l. Consiliarius tanquam è specu-
la videns sic colligit: Wann einander meis-
nes Fürsten Religions- Genossen hins-
dern will /, daß Er dieses fœdera-

tus Vicinus nicht werde / so wird geschloffen / daß sich mein Herz data occasione vorn Impedienten und vor dessen Adhærenten zu befürchten habe:) Also sandte das mahl Cæsar Labieno zwey Regiment wider die Trierer zu / Er aber rückete mit fünff Regimenten wider die Jülicher / welche beyde Völcker Ambiorix Ihm zu Freunde gemacht hatte. *Jul. Cæs. bell. Gall. lib. 6. cap. 2.*

(h) Ad hoc religionem retuli *observ. 5. lit. (t)*

(i) Ad utile referri possunt præfecturæ, Comitatus &c. *add. 1. Rhet. 5.*

(k) Per naturam foederis ; quippe quod Christianos Principes , utpote probos , vi foederis seu quasi legis, obligat, sive iis necessitatem imponit ; siquidem obligatio, supra definita , est necessitas moralis imposita libero homini ad aliquid faciendum , patiendum , vel omittendum. Ad deductionem hic faciendam , nosse conducit *observ. 16. lit. (s)*

(l) Per

(1) Per deductionem observ. proxima sequentis. Hinc h. 1. Militärische Erinnerung esto pag. 91. Hat uns ein mächtiger Hülffe geleistet / und unsern Feind überwunden / so hat man wol Ursach Ihm seinen Willen zu lassen / und mit guten Worten zu begegnen / damit Er seine Macht nicht wider uns gebrauche. Also musste Atilius Varus, König Juba, welcher Ihm zu Hülffe kommen war / mit denen überwundenen Soldaten handeln / auch in der Stadt Biserta anordern lassen / wie / und was Er wolte / ohngeachtet / daß es wider Vari Treu und Glauben war. Jul. Caesar lib. 2. de Bell. Civ. c. 28. Hinc alia observatio.

12. Quò potentior fæderatus alterò fæderatò est, eò majorem sibi prærogativam sumit (m) ob quam fædus minus congruum, minusq̄ diuturnum est (n) (m) Per

(m) Per 2. Rhet. 17. n. 2. & 7. ubi, quod potentes sint studiosiores honoris, & superbi, dicitur. Hinc conclusio Auctoris Militarischer Erinnerungen est, verb: Kompt uns ein Mächtiger zu hülffe/ so will derselbe gemeiniglich allen Vorzug haben / und über uns seyn. Ein solcher war König Juba, als Er Scipioni zu hülffe kam. Dann Scipio musste Ihm gleichsam gehorsam seyn/und thun was Er wolte. Jul. Cas. bell. Afric. cap. 15.

(n) Per hypoth. 8. Eth: Etenim ibi demonstratur, æqualium solùm amicitiam firmam manere. add. Elem. 3. u. de æqual. & inæqual. amic. pag. 427. seq. Et hanc æqualem inter potentes & impotentes plerumque ratione statûs esse, liquet. Hinc sequitur.

13. Quælibet libera Imperialis Civitas sibi caveat, ne potentio rem sibi socium seu

seu fœderatum Principem,
 quàm ipsa est, facile eligat,
 cum veretur, ne is sibi præro-
 gativam omnem sumat, vel
 aliquando ipsi molestus sit, vel
 præfecturas, vel Comita-
 tus &c. auferendo ipsam ho-
 stili animo adgrediatur,
 omniaq; manu capiat: Si ipsi
 dicta Imperialis civitas,
 (vel nonnunquam Princeps
 quidam eò potentiâ inferior)
 antea determinatò tempore
 non satisfecerit (o)

(o) Per præc. observat. & Per 2. Rhet.
 cap. de honoribus potentium 17. Hos poten-

tes Principes &c. appellamus, qui non ratione sui statûs modò, sed & ratione virium militarium potentes dici merentur. Potentia eorum in posteriori significatione sumtâ, liberæ Imperiales Civitates utpote Respubl. iis nonnunquàm æquales esse possunt, præprimis ut Imperii Status. Ratione originis, quoad videlicet Principes, peculiari dignitate gaudent: eatenus *potentia* vox in prima significatione Philosopho d. l. sumi solet. Et hoc in sensu *meam propositionem* 13. intelligi volo; Siquidem potentes alios mores, quàm divites habent; quippe illi studiosiores honoris sunt per d. 2. Rhet. 17. n. 2. & 3. Et per n. 7. *superbiores sunt, eosq; minus consideratos fortuna facit.* Eapropter ita in iis affectus imperant, ut cum Philosopho d. l. n. 5. sic concludamus: *Quod si quando injuriam faciant, non parvas, sed planè magnas injurias faciunt.* Hinc mea propositio hujus capituli conclusio est. Et Principem ratione statûs altero potentio rem seu digno.

gniozem dici. Nam sicuti similis respectus inter Nobiles : ita inter Principes esse potest vide Aristotelem de Moribus nobilium cap. 15. Elem. 7. u. pag. de Moribus nobil. 541. Indè in potentioribus invidia nonnunquam imperat, dum alterum Principem statu inferiorem, viribus autem potentiozem vident. per d. n. 17. add. d. 2. Rhet. 10. n. 5. verb: Et honoris cupidum magis invidi, quam qui honoris studio vacant. Est autem ibid. n. 1. invidia molestia quedam ex eo, quod in eo &c. bonorum genere alii similes bene ac feliciter rem gerere videantur : idè non ut quid eveniat ei, qui invidet, sed eorum ipsorum causa, quibus invidetur. N. 2. Ergo, dicitur, invidebunt ii, quorum aliqui similes aut sunt, aut videntur. Similes autem dico, genere, cognatione, gloria, facultatibus. N. 3. Quocirca, qui magnas res gerunt, fortunatè prospers utuntur, invidi sunt. Quicquid enim ad alios pervenit, id sibi eripi arbitrantur. Quomodo hic affectus excitetur Dn. à Felde in Elementis 7. u. pag. de invidia 59. docet. Quare minus cautus ille Princeps

est, qui ejus auxilium implorat, qui reliquos Principes omnes gloria ac dignitate anteire, multarumque Regionum Dominus esse vult; quem tamen nemo nisi ejusdem religionis cultor fidum probavit: cum (per 2. Rhet. 4.) quisque amet similes sui & iisdem studiis h. l. eidem religioni deditos. Sequitur in ordine *continuatio* §. 10. hic.

14. *Cum Princeps obsidione cincto suppeditias fert, vel apud eum pecuniam collocat: hujus autem Consiliaris conjecturâ prospicit, illum ex spe majoris remunerationis hoc facere, compensationem statim fieri debere, is ratiocinatur (P)*

(P) Per hypoth. 8. Eth. 13. add. Elem. Jur.

Jur. Un. de æqualitate retributionum in amicitia utili servanda ne facile dissolvatur pag. 489. Ibi demonstratur, quando nimirum amicus post acceptum beneficiũ deprehendit, illud non ex benevolentia, sed magis ex spe majoris beneficii recipiendi in se collatum esse, quod tunc debeat illud statim, modò fieri possit, compensari, ne videatur cum eo amicitiam inire velle, qui idem non intendit. Vel, per fundamentum observ. 10. Sequitur porro hac in re Consiliarii officium.

10. Si quando Princeps alteri equitum, vel peditum auxilia mittit, nec quanti ea æstimet eloquitur, accipienti jacturæ æstimationem permittit. (q)

(q) Per 9. Eth. 1. Nam quando amicus conferens beneficium non prius determinavit, quam, quantam & quando

gratiam sibi referri n. l. quantum pecunia sibi solvi velit, tunc beneficii æstimationo magis penes accipientem, quam penes dantem est; Siquidem (1) tacite accipienti liberam permisit retributionem ita, ut postea in retributione in ratione *quanti* consentiat. Nam, qui eo ipso tacet, cum tacendum non erat, in id consentire videtur, quod ex ejus silentio ortum ducit. Hinc quasi volenti injuria non fit. *per 3. Eth.* (2) accipiens melius novit, quid sibi beneficium profuerit. Plures rationes vide *d. lib. 9. Ethic. cap. 1.* Eodem modo se habet, cum beneficia ex mera benevolentia & liberalitate, absque retributionis spe, proficiscuntur. Nam eo ipso accipienti liberum est, quantum pro lubitu reddere velit. Cum vero amicitia legitima est, tunc tantum retribuitur, quantum mutuo consensu expressum est. Quando autem ejus beneficii ratio habetur, quo de hæc observatio loquitur, ita, ut æstimationo fieri debeat,

beat, tunc meritò quæritur, quomodo accipientis Principis Consiliarius id æstimare debeat? Hinc sequens observatio ex principiis Aristotelicis resolvenda est:

16. Beneficium alterius cohortem &c. mittentis Princeps tanti æstimare debet, quanti illud æstimasset, cum indigens esset. (r)

(r) Est iterum hypothesis 9. Eth. I. add. Elem. 3. u. pag. de æqualitate retributionis in amicitia utili servanda ne facile dissolvatur 480. Ibi dicitur, quod amicus beneficium quàm optime æstimare possit, quomodo nimirum sibi profuerit. Huius autem commodi qualitas cognosci potest ex 2. Rhet. de gratia 7. positâ indigentia definitione. Etenim utilis amicitia causa indigentia alicujus boni utilis est. Vide Elementa 3. u. pag. de amicitia utili 420. Et egere d. l. homines iis dicuntur,

tur, quæ appetunt, maximeq; si eis sine dolore carere non possunt, *d. cap. 7. & Elem. 7. u. pag. de gratia 58. §. 2.* Add. ibi Philosophus n. 11. verbis: *Spectatur enim beneficium re ipsa, magnitudine, qualitate, tempore, loco.* Hæc prædicamenta seu categorias debet Consiliarius in *hypothesi* seu in *casu* cognoscere, quando de restitutione, vulgò, retributione agitur. Principis autem est hoc beneficium per Legatum juxta has præmissas categorias dilatare, iisque ejusdem amicitiam augere; quod (1) fit mediante *cap. de amore lib. 2. Rhet. add. Elem. 7. u. de amore & odio pag. 54. seq.* (2) beneficium idem Consiliarius vel Legatus exaggerare debet per circumstantiam *quis*, quæ foederatus est; in quo considerat, *quomodo* suppetias tulerit. *Arist.* hac in re Consiliarium *d. cap. 7. n. 3.* informat. verb. *aut si solus, aut primus, aut maxime &c.* De gratia excitanda vide *Elementa 7. u. pag. de gratia 59. §. 3.* (3) beneficii *qualitatem* ab effectu cognoscit i. *ratione boni utilis* ex 1. *Rhet. cap. de bono*

bono simpliciter 6. cap. de bono comparatè 7.
 2. ratione jucundi ex cap. 11. de Rebus jucun-
 dis. addito cap. 5. de partibus felicitatis huma-
 nae. It. Elem. J. U. pag. de distributione bono-
 rum tam mobilium, quam immobilium in opti-
 ma Republ. 596. 3. ratione honesti ac pul-
 chri ex cap. 9. de Rebus honestis & laudabili-
 bus. Tandem praesentis remunerationis
 mentionem facere, & in reliquis praeter
 officia debitamq; gratiarum actionem,
 amorem omnem repromittere, ipsum-
 que ad idem amoris officium praestan-
 dum rogare debet &c.

17. In ordine III. nobis se sistit cir-
 cumstantia *quomodo* sive *modus*
 foedera pangendi. De quo sequens ob-
 servatio:

Ad modum foedera pan-
gendi ante omnia requi-
ritur, ut par & aequalis
circumstantiarum notitia
sit;

*Sit ; (s) secus verò quando est,
accuratè loquendo, fœdus non
est. (t)*

*(s) Per def. fœderis; quippe quæ §. 2.
societas est h. l. ea, quæ ex volun-
tate, adeoque sic ex consensu est. Con-
sentire autem est suam voluntatem ita
declarare, ut cum alterius voluntate
conveniat: & voluntas est appetitus
rationalis i. e. cum mente seu intellectu
sciente, quid agatur, conjunctus. Cùm
igitur voluntas, ut & consensus circa
singularia seu circumstantias versetur:
inde una eademq; voluntatum conve-
nientia fœderatorum esse debet, per def.
consensus, ita, ut circumstantia in con-
ventionem ipsa prius expendantur. Hinc
conclusio Militarischer Errinn. Observat.
9. hic. lit. (c)*

(t) Per hanc obs. lit. (s)

*18. Fœdus vel expressè,
vel*

vel tacitè pangi potest. Ex-
 presse vel per literas (u) vel
 per alium (w) utpote Lega-
 tum (x) vel sub conditione,
 vel purè, vel ex die, vel ad
 certum tempus, vel ad perpe-
 tuum: (y) modò in se invitum
 non sit. (z)

(u) E. g. quando foedus in scriptu-
 ram redigitur; de quo observ. 22.

(w) Per naturam foederis in præc. observ.
 lit. (s) Hinc universalis propositio hæc

esse potest: *Quot modis declara-
 ri potest voluntas, tot modis
 quoque foedus pangi potest.*

Jam verò ea declarari potest antea di-
 ctis modis. E.

(x) Est h. l. fundamentum aliàs observa-
 tionis.

tionis in Tractatu meo de bello cap. 4. ubi ob-
servat. 2. de Legati qualitate agitur. Re-
fero huc ejusdem fundamenti conclu-
sionem Autoris np. Militarische Erinner.
 Will man einen in Kriegszeiten auf seine
 Seiten bringen / so muß man hierzu ges
 schickte Leute gebrauchen / welche Ihn mit
 listigen Worten darzu bereden / auch seine
 Fürnehmsten mit Geschenke bestechen las
 sen. Dergleichen practicirete Vercin
 getorix , wie er die übrigen Städte in
 Frankreich Ihm auch anhängig machen
 wolte. Jul. Cæs. lib. 7. bell. Gall. cap. 10.

(y) *Per idem fundamentum lit. (u) hujus*
proposit. verbis : Quot modis declarari
&c. add. observ. 23.

(z) *Per observ. præc. lit. (s) Nam &*
voluntas & intellectus de foedere con-
ventionali ibid. prædicantur. Quando
autem unum horum essentialiter confi-
deratum de est, talis conventio foedus
non est; siquidem ad omnem actionem
humanam, h. l. proæreticam hæc duo
(per 3. Eth. Elem. 3. u. pag. 68. seqq. pag. 85.
seqq.)

seqq.) concurrere debent: & quando unum horum deest, actio humana non est per d. 3. Eth. I. Elem. 3. n. pag. de Errore circa singularia, in quibus prudentia occupata est 66. pag. 104. §. 19. seqq. pag. de imprudentia & causis corrumpentibus iudicium intellectus practici 78. add. pag. de prudentia, consultatione & ex hac nata proeresi 68. Quare unô, vel duobus istis in foedere, cessantibus, foedus non est; siquidem foedus humana actio est. Ratione intellectus invitum foedus est, quando Principi à foederato glaucoma objicitur (per d. 3. Eth. Elem. pag. 86. pag. 104. §. 19. seqq.) vel dolus committitur, uti infra obs. 31. n. 6. demonstratur. Inviti per vim foederis exemplum habemus aus denen Militarischen Errinner. Observ. 6. lit. (m) in fin. Tr. de Bello.

19. Qui Princeps vel alius alterius invitum foederatus sit, & postea conjunctis viribus

bus unā cum hoc ultrò operatur: huius voluntas hanc invitifœderis ex facto ratiocinando colligitur: & tamdiu inter eos voluntarium fœdus est, quamdiu neque factò, neque verbis seu renunciatione contraria voluntas declaratur (a)

(a) Per observ. 17. lit. (s) vel, per def. fœderis §. 2. verb. *Societas*. Et per idem principium, utpote societatis in genere definitionem §. 1. Conclusio hic sequitur l. 5. ff. pro socio.

20. Si is, qui Principis fœderatus ex pacto est, suum
ann.

amicum in idem fœdus, quod
cum illo pepigit, admittat, hic
admissus Principis fœdera-
tus non est. (b)

(b) Est *hypoth. 8. Eth.* Etenim ami-
cus electione est: eligere autem h. l. est
prius de aliqua persona iudicium facere
h. e. de ejusdem fidelitate, dexteritate, uti-
litate &c. quàm in eam, utpote fœdera-
tum quendam consentire. Quamvis
fœderatus meus quasi alter ego sit: &
per 2. *Rhet. 4.* ejusdem amicus meus
amicus sit: non tamen sequitur,
quod idem de amico, meique amici
amico sentiam. Hinc (*per communes
fœderis & societatis affectiones*) hæc nega-
tiva observatio 19. l. 29. cum l. 20. ff. pro
socio implicite deducta est. Hanc ob-
causam sequitur:

21. Qui fœderatus sine meo

con-

consensu alium suum am-
 cum fœderatum facit, eius ab
 (liceat cum aliis loqui) fa-
 ctum gestare debet, (c) nisi
 postea de eodem voluntatem
 meam declaraverit (d)

(c) Per observ. 18. lit. (z) Nam me
 invito quodammodo admittitur.

(d) Per observ. 17. lit. (s) Etenim tunc
 vi consensus ac amicitiae expositae peri-
 culum est omnium, omniaque com-
 munia. Sic conclusio est l. 21. 22. &
 24. ff. pro socio.

22. Fœdus in scripturam
 redactum debet constare ex
 dilucidis & apertis locutio-
 nibus & phrasibus, ita, ut ne
 ulla quidem disceptatio inde

mo. v.

nt- moveri possit, debetque illud
 ius ab omnibus (propria) manu
 a- subscribi & consignari. (e)

(e) Hæc ideò requiruntur, ut de vo-
 luntate & consensu per circumstantias
 declaratò constet, isque probari possit,
 quando nimirum scriptum invenitur:
 Mit aller / oder beyder Belieben und Ges-
 fallen / &c. Numq; insuper vel in perpe-
 tuum, vel ad tempus &c. conceptum
 sit, ut in observ. 18. dixi. Nec cautio in
 eo foedere omittenda est, cujus in pri-
 mis fundamentum utilis amicitia est.
 Nam, quic. aliquem ad negotium ali-
 quod cum eo suscipiendum vocat, ex
 quo vocato periculum imminere pot-
 est: alter, vocans nempe periculi da-
 mnnum præstare debet, per naturam juris se-
 curitatis, & in specie per axioma pol. hoc:
 Nullus liber homo alterius gratiâ fru-
 strâ in periculo versari debet. Hinc con-
 clusio Militar. Errinner. pag. 87. Will
 er / Daß wir Ihm im Kriege assistiren
 C sollen /

sollen / so sollen wir uns wegen der Unkosten Versicherung machen lassen. Solches geschah von etlichen Teutschen Orten / welche die Erirer wider Cæsarem ersuchet hatten / und Sie mit Geißel. der Zahlung wegen versicherten / Jul. Cas. de bell. Gall. lib. 6. cap. 1.

23. *Nullius Principis fœderati heres servare debet fœdus, quod ad perpetuum patrens cum amico contraxit.* (f)

(f) *Per def. fœderis §. 2. verb. Societas.* adde deductionem implicitam *observ. 5. lit. (r)* Nam ea amicitia, quæ in patre erga fœderatum est, non statim in filio erga hunc est. Ubi autem nulla amicitia, ibi (*per d. lit. (r)*) nullum fœdus est. Hinc extinctâ personâ, extingvitur quoque fœdus. Indè ratio *l. 1. l. 17. ff. pro socio.* Quamvis verum hoc sit, fœdus ad heredes non transire;

ni. w.

nihilominus tamen foederati Principis heres ea perficere obstrictus est, quæ à defuncto inchoata sunt; inprimis, quando foederatus defuncto utilis fuit. Tenetur igitur heres non ut amicitia, sed ut emolumenti successor. Ex quo conclusio est, l. 40. l. 63. §. 8. l. 65. §. 9. ff. pro socio. Propterea foedus seu societas in perpetuum ea dicitur, quæ ad foederati seu amici mortem usque durat. Idem (per illa principia Aristotelica ex 8. Eth. & 2. Rhet. 4. desumpta) de societatis contractu necessario concluditur. Hinc conclusio est d. l. 1. ff. pro socio.

24. *Temporis* circumstantia in foedere observari debet, seu quo tempore foedera pangi debeant. Si equidem hac in re ingenio aliquid tribuere vellem, dicerem, quod ex duobus hæc speculatio institui posset (1) ex amicitia natura, (2) ex convenientia belli cum foederibus. De quibus duobus hic ordine agam.

25. Amicitiam de foedere essentialiter
 prædicari observat. 5. lit. (r) docet. Nunc
 autem (per eandem lit.) amor de amici-
 tia prædicatur essentialiter, add. Arist. 8.
 Eth. 1. & 2. & lib. 2. Rhet. 4. & amare
 quid sit vid. cap. 1. observat. 15. lit. (b)
 Hinc colligo sequens.

26. Ut inter foedera-
 tos firma amicitia sit (s) Prin-
 ceps, qui obsidionem immi-
 nentem metuit, non necessita-
 tis tempore (t) alterius amici-
 tiam quærat, sed necesse est,
 ut eo tempore maximè solli-
 citus de hac re sit, quo se nulli
 periculo expositum esse pu-
 tat, (u) ut aliquem suum vi-
 cinum, vel alium (w) eò si non
 poterit.

potentio^rem , potentiã ta-
men similem sibi amicum jun-
gat. (x)

(s) Per naturam amicitie d. 8. Eth. & I.
Rhet. II. cap. de Reb. jucundis. Firma au-
tem amicitia h. l. antiqua intelligitur.
Hinc, quo antiquior amicus est, eo alte-
ri jucundior est per d. cap. II. n. 31. verb.
Est & amicus in rebus jucundis. Nam & ama-
re dulce est: nemo enim vinum amat, quin vi-
no gaudeat: & amari &c. Et n. 3. verb.
plerumq; suave est, ad id, quod nature consenta-
neum est, tendere: maximeq; cum quæ ex natura
fiunt. It. n. 4. sic: jucunda, inquit, sunt,
quibus assuevimus. Nam & tanquam natura-
le est id, cui assuefacti sumus: & nature si-
mile quiddam est consuetudo. Etenim sæpè &
semper inter se vicina sunt. Natura autem ejus
est, quod semper: consuetudo ejus, quod sæpè.
Hinc eò firmior & constantior hæc ami-
citia necessitatis tempore esse solet, ita, ut
alter alterius talis amicus sit, qualem ex

lib. 2. Rhet. 4. n. 4. obser. 28. lit. (y) expo-
 sui. Hinc ob hanc alibi decantatam
 amicitiam contractam arctam, eamque
 perpetuam alii ipsum (1) metuunt,
 nec hostili animo aggrediuntur. Re-
 fer huc *observat.* II. quæ ulterius ex hac
 lit. (s) extendi potest. Nec (2) *necessitatis*
 tempore hæc amicitia facile dissolvi so-
 let; in primis, quando ipse suo amico utilis
 esse non potest, etsi velit: cum antea
 vera amicitia, non utilis fuerit contra-
 cta. Nec amicus hic vereri debet, ne
 alter amicus, præ primis ejusdem religio-
 nis cultor mutetur majori pecuniæ
 pondere, uti videre est in *Militar. Erz*
inner. pag. 89. verb: Es geschicht zu zeiten /
 Daß einer eine Anzahl Volcks einem zusens
 den soll / nimbt aber Geld / und lest es her
 nach wider denselben selbst führen. Diß
 that damahl *Convictolitanes* der *Niederz*
Burgunder Fürst / welcher den Römern
 allezeit getreu verblieben / und viel Bols
 thaten von Jhm empfangen hatte / *salvo*
Cæsari 10000. Mann wider Vercinge
torigem

torigem zusehenden / so brauchte Er practi-
 fen / daß Litavicus solch Volck wider
 Cæsarem selbst / welcher damahl Cler-
 mont belagerte / führet / Jul. Caesar. lib. 7.
 de bell. Gall. cap. 13.

(t) *Per jam præmissa fundamenta.* Etenim
 recens utilis amicitia tam firma non est,
 quam ea, quæ longè ante hoc tempus
 contracta est; quippe quæ inter verè
 Christianos Principes *honestà* antea con-
 firmata talis est. Quare *simulata* quasi
amicitia concipitur, quæ *necessitatis* tem-
 pore quæritur; præprimis, quando in-
 digens antea alterius inimicum ac ho-
 stem se esse, quovis modo professus est.

(u) *Per n. 3. observ. 24.* Hinc, uti pa-
 cis tempore de bello cogitandum: ita
 & de amicis seu foederatis eodem
 tempore meditandum ac deliberan-
 dum est.

(w) *Per observationis 8. lit. (b) add.*
Autorem Militärischer Erinnerungen pag.
95. verb. Hören wir / daß einer wider uns
 C 4 sere

sere Bund- und Kriegs-Genossen im An-
zuge ist / so sollen wir alsbald Ihm eine
Armee ins Land führen / und einnehmen
was wir können. Solches that P. Silius
und König Bogud, wie Sie höreten / daß
König Juba einen grossen hauffen Volck's
Scipioni wider Cæsarem zuführete. *Jul.
Cæs. Afr. bell. cap. 7.*

(x) Nam, hoc ipso hoste fit poten-
tior ac terribilis *add. observ. 11.*

27. Sequitur tandem V. & VI. h. e. fæde-
ratorum officium, & quomodo fædera rum-
pantur. Hæc omnia ex fæderis def. §. 2. de-
duci possunt. Erunt igitur conclusio-
nes seu observationes resolvendæ se-
quentes:

28. Principes confoede-
rati, vel tales Republicæ ad
procuranda ac conficienda
salutaria pro viribus sunt
propensi. (y)

(y) Per

(y) Per def. fœderis verb. *societas*.
 add. deductionem implicitam observat. 5.
 lit. (t) Explicita demonstratio hæc
 esto:

Quicumque sunt quasi unum quod-
 dam, inter eos est mutuus amor
 seu amicitia.

Atq. Principes fœderati, vel ta-
 les Republicæ sunt quasi unum
 quoddam. E.

Inter hos est mutuus amor seu illi
 sunt amici.

Major est ex 8. *Eth.* it. 2. *Rhet.* 4. n. 6.
 verb. *Et quibus jam eadem bona sunt &c.*
 sc. se invicem amant. Minor fœderis defi-
 vitio est.

Porro: Quicumq; se invicem amant,
 seu amici sunt, eorum quilibet a dea
 pro viribus procuranda ac confici-
 enda, quæ bona arbitratur, pro-
 pensus est.

Atq. Principes fœderati, vel si-
 miles Republ. se invicem amant

C 5

seu

seu inter eos mutuus amor, adeoque amicitia est. E.

Principes confœderati &c. Quæ propositio erat demonstranda. Major est amoris def. 2. Rhet. 4. cap. Tr. de Consil. 15. lit. (b) Minor fuit conclusio præc. Syllogismi b. l. per hypoth. 1. post anal. principii instar est.

29. Non obstat sophistarum & peripateticorum scholasticorum objectio, hoc non in individuis seu in hypothese, sed saltem in thesi procedere. Ad quid enim hæc objectio? Nam hoc scriptum philosophicum est. Philosophiæ autem studiosus evertentium & accidentium rationem non habet; hoc enim prudentis est per 6. Eth. 8. Etenim scientia 1. post. anal. 2. habitus est, quò ex principiis certis ea cognoscimus, quæ se aliter habere non possunt, & quidem ratiocinando: Et ratiocinari est deducere incognitum (i. e. Conclusionem) ex cognito (ex principiò.) Sive, scire est rem per causam nosse h. e. causam reddere,

dere, quare terminus major minori in
 sit. Eapropter sequitur, quod scientifi-
 cus sive Philosophus propositiones con-
 tingentes ut plurimum non ut tales,
 quales respectu individuorum seu ap-
 plicationis reverà sunt, consideret, sed
 quatenus in se per causas *necessariæ* sunt.
 In Disciplinis igitur Practicis non atten-
 ditur *necessitas existentiae*, sed *necessitas veri-
 tatis*. Et hanc mentem *Aristotelis* esse;
 (quippe qui unicus de demonstratione
libros anal. scripsit) videre est *I. post. anal.*
in variis capit. 16, II. Metaph. 7. Dn. Eichel.
in collegio Ethico in B. Hornei Dissp. Ethicas
contra ipsum Autorem, aliosq; peripateticos
Scholasticos, contra eosdem Dn. à Felde in
præfat. analys. lib. polit. Arist. it. in Elem. J. U.
pag. de scientia 66. pag. 68. §. 4. Hac de
 re prolixè egi in *analisi Hippol. à Collibus de*
Consiliario, ita, ut ex data, scientiæ defi-
 nitione omnes ejusdem affectiones de-
 monstaverim, *peripateticorum scholastico-*
rum objectiones complures resolve-
re. &c.

30. In quo foedere confoederati quasi unum quoddam non sunt operatione sua ad belli exitum tendentes, id foedus non est. (z)

(z) Ratio ex iisdem fundamentis obs. 28. argumento à contrariò petito in aprico est. Nam quando foederis utpote societatis affectiones cessant, & foedus ipsum cessat; Siquidem societas foederis genus est, per §. 2. Hinc sequenti modo quasi unum quoddam foederati non sunt.

31. Inter quoscunque foederatos dolus (a) fovetur, illi foederati non sunt, eò præprimis tempore, quò foederatus dolum meditatur.

Etenim n

Etenim foederati officium est, fidum esse per def. Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 15. n. 12. cap. 25. n. 4. 5. & 6. add. in eadem capite Dn. à Felde. Cognoscitur autem fidelitas (1) ex confoederati virtute, in primis, quando verus Christianus est. (2) Ex identitate quæ illi cum Consilarii Principe intercedit per observ. 5. lit. (t) Quo major igitur identitas est, eò major quoque fidelitas speranda est. add. Grot. d. l. lib. 2. cap. 25. & ibid. Dn. à Felde.

(a) Per def. doli & foederis naturam. Nam dolus consilium est de altero injuste lædendo susceptum, quem lædere non debebamus. Eapropter dolus contrarius est & consensui (per observat. 17. lit. (s) observ. 18. lit. (z) & amicitiaæ seu amoris (per observ. 5. lit. (t)) Est igitur partim invitum per ignorantiam, partim læsio quæ talis, quod utrumque contra foederati officium est per observ. 17. Doli exemplum habetur in denen Militar. Er rinner. observat. 26. lit. (s) verbis: Es geschicht/ 26. C 7 32. Quan

32. Quando duo foederati unico ferè temporis puncto hostibus circumdati sunt, ut tertius foederatus iis suppetias ferat, Consilarii officium est inter suum & ceteros Principes necessitudinis qualitatē intueri (b) Et, si in Principis viribus est illos adjuvare, (c) adjuvet, ille suadeat. Ubi regulæ instar hoc habeat: Beneficium omne meus Princeps ex æquare debet nisi plus necessitatis, (d) vel honestatis (e) subsit, qu

quominus optimè merenti
Principi subsidio sit.

(b) Hanc ex *amicitiæ qualitate* cognoscit. Jam verò *qualitas* magis & minus recipit. Quo perfectior autem amicitia, adeoque societas inter aliquos est, eò promptior confœderatus ad succurrendum alteri esse debet. Hinc illa fœderatorum deductio *observat. §. lit. (t)* Quare *ibid.* eorum officium tetigi, qui naturalem societatem constituunt, ita, ut natura eos fœderatos faciat. Cùm & idem ad Magistratum (*quatenus nempe ut pater erga liberos consideratur*) respectu subjectorum extendi possit, sequitur per *rationem lit. (t)* quod sine speciali conventionem Magistratus illos defendere debeat; vel eos, quorum Princeps protector est. Non obstat, quod fœdus inter personas publicas sit, *per def. fœderis §. 2.* Respondetur concedendò, fœdus inter Magistratum & subjectos non esse, sed loquor h. l. de defensione subjectorum

Etorum analogiã à societate paterna pe-
 titã. Hinc dicuntur Landes- Väter.
 Quodnam autem Patris officium sit ex
 I. pol. 4. constat. Qua de causa (cùm
 societas paterna naturalis sit : & Magi-
 stratus hanc societatem imitetur) se-
 quitur id, quod suprã observat. 5. in fin.
 lit. (t) deduxi, verb. Nam sicuti & c. quod
 omninò videatur. Hinc conclusio
 Cornel. Nepotis cap. 4. Timoth. verb. Hunc
 adversus & c. ibi habetur, quod patria ami-
 citiã sit præferenda. Item conclusio se-
 quens Militaris observat. pag. ejusdem Auto-
 ris 96. Ziehen wir unsern Bunde-Genos-
 sen mit Hülffe zu / und fällt entzwischen eia-
 ner unser Land an / so ist es besser / man
 komme den Seinen zu Hülffe / als daß
 man darüber von Land und Leuten vertrie-
 ben werde. Auß diesem Bedencken zog
 König Juba mit seinem Volck wieder zu-
 rück / wie Er hörete / daß P. Silius und Kö-
 nig Bogud sein Königreich angefallen.
 Kam also Scipioni wider Cæsarem nicht
 zu Hülffe / Jul. Cesar. bell. Afr. c. 7. Et pr

quod

qualitate Principis aliud malum exponitur d. l. pag. 97. verb. Es geschieht offft / wann wir aus unserm Lande einem mit Hülffe zuziehen / und man wird getrennet / und geschlagen / daß uns hernach unsere eigene Leute nicht wieder einnehmen wollen / weil wir uns in einen unnöhtigen Krieg mit eingemischet / und Ihnen das durch Ungemach zugezogen haben. Der gleichen begegnete König Jubæ, welcher Scipioni wider Cæsarem Hülffe geleistet hatte / als Sie in die Flucht geschlagen worden / und Juba in der Flucht vor seine Haupt-Stadt Zaba kam. *Jul. Cæs. Afr. bell. cap. 16. Add. pag. 93.* Wann einer / der unter unserer Contribution ist / mit Krieg angefallen wird / und begehret unser Schutz / so ist es billich / daß Ihm solcher geleistet werde. Also kam Dejotarus zu Domitio Calvino, welchem Cæsar Asiam und die benachtbarte Länder zu administriren übergen hatte / und bat / er wolte Ihm wider Pharnacem, der Ihm in das Königreich gefallen war / schützen / geschabe
schabe

schähe es nicht / so köndte er auch nicht
mehr Gehorsam leisten / und Cæsari das
zugesagte Gelt zahlen. *Contra verò, uti
liberi Parenti: ita & subditi ipsi Domi-
no ratione defensionis obligati sunt, &
quidem per axioma 8. Eth. 12. Qui nempe
nobis maxima exhibet beneficia, ille est hono-
randus, adeoq; defendendus.* Fortius autem
obligatur subjectus Domino, quàm Va-
fallus: is enim jurat sibi curæ fore vi-
tam, corpus, mentem & honorem Do-
mini sui cap. 1. §. *Si verò domesticus, qualif.
jur. deb. add. Maul. Tract. de Homagio Tit. de
Auxilio folg und Rense 5. n. 1.* Cæterùm
subjectus opem ferre debet Domino
non militarem solùm, verùm etiam, si
aliter ejus opera Dominus uti commo-
dè possit, se se instar Vasalli promptissi-
mum & paratissimum exhibere debet
*Andreas Köhl in Tr. de Servit. feud. p. 4. n.
74. Maul. d. l. n. 25.* Tenetur quoque
subditus personæ Domini versantis in
periculo ferre auxilium & armis & ma-
nu & clamoribus & objectu corporis,
aggres.

aggressores terrere, adjuutores convocare, strenuè pro Domino pugnare nihil intentatum relinquere *l. cum Dominus ff. de Syllanian. l. i. §. tulisse d. t.* Qui duobus Dominis bello sese conficientibus, subiectus est, neutri auxiliabitur: Cùm uni non minùs, quàm alteri sit devinctus: & eo ipso, quò unum adversus alterum adjuvat, (*inæqualem*) amicitiam quam cum altero fovebat, solvit, peccatque contra illud datum axioma ex 8. *Eth.* 12.

(c) Ratione illorum, inter quos naturalis amicitia est, fundamentum est *identitas naturalis*, ut suprà *d. obs. §. lit. (r)* eorum officium exposui, inter quos nimirum naturalis identitas est, ita, ut conscientia iis, ratione auxilii, *necessitatem* imponat, seu eos obliget. In foedere autem conventionali, quod est inter duos Principes, qui se invicem affinitate non attingunt, principium ac fundamentum ibidem *pactum ipsum* seu lex inter eos quasi promulgata & approbata est. *l. §. ff. de pactis*, tanquam lex utrique necessita-

cessitatem ad auxilium ferendū impo-
nit. Et multo magis, quando unus foede-
ratorū (*Ictis loquentibus*) implementū fe-
cit, vel alioquin in aliquem beneficium
contulit. Hinc Milit. Errinn. pag. 9. se-
quens est : Denen/ die sich umb uns und
das gemeine Wesen wol verdienet haben/
und uns umb Hülffe anruffen / soll man
wider Ihre Feinde mit Hülffe besprins-
gen/ so viel mehr aber / wann es uns selbst
zum besten nit gereichet. Aus dieser Ur-
sachen ließ Cæsar etliche Regiment eilend
aus denen Winterquartiren zusammen-
führen/ mit solchen zog Er auf der Römer
Bitte wider die Beavoisiner, welche die
im Lande Scisson, Ihre Freunde mit
Krieg anfallen wolten. Jul. Cæs. lib. 7. de
bell. Gall. cap. 13.

(d) Hanc ob causam naturalis identi-
tas ei sc. utili præfertur, vel ea analogica
quæ inter Magistratum & subditos est.

(e) Religionem huc referò vid. *obs. 5.*
lit. (t) ita, ut universalis propositio ob-
servationis instar hæc sit:

33. Quò perfectior amicitia, adeoq̄ societas inter aliquos est, eo promptius fœderatus alteri succurrere debet, ita tamen, ut fœdera conventionalia seu amicitia tam moralis, quàm legitima (f) cedat naturali, (g) & naturalis, ut & reliquæ omnes cedant hîc honestæ di&æ. (h)

(f) Vide observ. 10. seu conclusionem ex 8. Eth. Arist.

(g) Amicitia naturalis species ex 8. Eth. adductas vide in obs. 5. lit. (t)

(h) Bonum honestum, extensive loquendo religionem h. l. esse sæpe in hoc opere lit. (t) monui. Indè per hoc

bone-

*honestum veram religionem
doctrinæ causâ hic intelligere liceat.*

34. *Cum fœderatus Prin-
ceps alteri fœderato obseſſo
opem ferre vult, sed non pot-
est: tunc obseſſus sic accipere
debet, ac si eundem alter ad-
juvet. (i) Veleo in casu, quan-
do majori necessitate impe-
ditur, (k) quominus nec Fu-
re, (l) nec ratione potentiæ
possit. Nec debet obsidio-
ne cinctus ob cessans auxili-
um fœdus rumpere, sed
emendandi spem habere. (m)*

(i) *Per hypothesein 9. Eth. 3. Duæ ibid.
causæ dissolvendi amicitiam sunt (l)
est*

est, quando amici desinunt sibi mutuū esse *jucundi*, vel *utiles*. Nam eos non per se amamus, ut in amicitia honesta, sed quatenus sunt utiles. Cessante autem utilitate, cessat etiam amicitia. Eodem modo & foedus solvitur. (2) est, quatenus amicus improbus fit. Sed amicitia honesta dissolvenda non est, quando alter improbus factus, & emendandi spes super est. Eodem modo nec amicitia utilis dissolvi debet, quando amicus utilis esse nequit; cum tamen velit, & alia utilitatis spes supersit. Nam hoc ipso societatis fundamentum amico inhærens, utpote amicitia, non cessat, etsi effectus voto non respondeat: Si enim in viribus ejusdem esset, opem ferret; Siquidem *axioma pract. lib. 2. Rhet. cap. de possibili & facto 19.* hoc est: *Quod quis vult ac potest, illud facit.* Cum Emendandi tamen spem alter indefensus amicus e. g. obsidione cinctus, vel is, qui bellum metuit ob du-
rans

rans illud foederis vinculum habere debet
per d. 9. Ethic. 3. Hæc conclusio est in
Autore Militar. Errinner. pag. 94. verb.
 Denen soll man billich verzeihen / welche
 uns aus keiner Argelist wider unsere Feins
 de nicht assistiren können / oder wollen.
 Also that Cæsar gegen Dejotarum, dann
 dieser kam zu Ihm / und bat umb verzei
 hung / daß Er Ihm wider Pompejum
 nicht Hülffe getahn / Er hatte / sagte Er / an
 einem solchem Ohrt sich befunden / da Er
 vom Cæsare keine Besatzung haben köns
 nen ; so hätte Ihm auch nicht gebühret
 über das Volck zu Rom Streitigkeiten
 ein Richter zu seyn / hätte dem gehorsamen
 müssen / der seiner mächtig gewesen wäre.
 Aber Cæsar wolte Ihm solche Entschuldig
 ung nicht allerdings passiren lassen / doch
 verziehe Er Ihm endlichen. *Jul. Cas. de bell.*
Civ. cap. 20. Eò magis autem ignosci-
tur, quò antiquior amicitia est per observ.
26. cum notis.

(k) *Per observat. proximè preced. lit. (l)*
sc. partim naturali, partim divino. Na-
turale

turale est, ubi amicitia naturalis est. vide
d. observat. 5. lit. (t) Quibus annumerari
 potest amicitia illa inæqualis, quæ inter
 Imperantes & parentes, Magistratum
 & subditum, ut & inter patrem & filium
 est. Hinc tale analogicum Jus pater-
 num: Vel Jus, quod ex conventionem
 est. Nam solet interdum populus ad
 certam familiam Magistratus munus
 deferre, ita, ut primi acquirentis succes-
 sores eandem defensionem non succe-
 dendo modò in se suscipiant, sed & præ-
 stitò homagio, dum vicissim Principes
 subjectis jurant. Ex quo cogno-
 scitur, quod Princeps non servis,
 sed liberis hominibus imperet. Qui igitur
 Magistratus contra hoc Jus peccant
 subditos deserendo, & ab alterius parte
 stando, illi aliquid, (*quod Jctis Jure*
impossibile dicitur) committunt. Qua de
 re peculiaris *observatio* tradenda erit. Jus
 divinum h. l. seu eo Jure impossibile est,
 dum veræ religionis socius Princeps ad-
 versus suæ religionis cultorem, vulgò
 socium,

D

socium,

socium, in causa religionis bellum molitur. Quam ob causam quis meritò excusatur.

(m) Per hujus observationis literam (s)

35. Cum Princeps suo fœderato Principi adversus hostem opem ferre vult, sed hostis & Principe & fœderato potentior per Legatum cum illo agit, ne fœderato, sed sibi potius suppetias ferat: tunc ille Princeps consilii facit (qui, quam lubentissimè (m) suo fœderato amico auxiliares cohortes mittere vult, sed à potentiore ejusdem hoste impeditur)
 quan-

quando neutrum adjuvat;
 quod alioquin nec Ducatus,
 nec subditorum Fure sal-
 vo &c. (n) fieri posset. (o)
 Quo in casu utriq; per Lega-
 tum facile excusari potest
 (p & q.)

(m) Ea de causa amicitia dissolvi non
 debet per 9. Eth. 3. observ. 34. lit. (i) h. l.

(n) Hoc magistratus Jus observ. præc.
 & obs. 12. lit. (l) exposui. Cætera indè
 emergentia incommoda vid. in observ. 8.
 lit. (b) Militar. Erinnerung. Addo id, quod
 tum verendum est, quo de vid. proposi-
 tionem lib. 2. Rhet. cap. de Metu 5. num. 12.
 verb. Et qui aut injuriam acceperunt, aut
 accepisse se putant: semper enim captant occa-
 sionem. Ex quo fit, ut Autor Milit. Era-
 inner. pag. 97. concludat: Dem / der uns
 serm Feind zu hülffe kommen ist / soll man
 Unruhe in seinem Lande anstiffen. Der
 gleichen

Gleichen begegnete König Jubæ, welcher Scipioni wider Cæsarem zu hülffe kommen war / dann Cæsar bewegte durch Brieffe die Getuler, daß Sie von Ihm abfielen / und zu den Waffen wider Ihn griffen / hatte also Juba an dreien Orten zu kriegen / und mußte viel Volcks wieder zurück schicken. *Jul. Cæs. de Afr. bell. cap. 14.* Item, simile Ducatui bello finito imminens malum est, pag. 98. verbis: Hat einer seinen Feind überwunden / so pflegt Er gemeiniglich hierauf die jenigen heimzusuchen und zu straffen / welche demselben wider Ihn Hülffe und Vorschub getahn. Diß sahe man / wie Cæsar Scipionem in Africa überwunden; dann Er nam nicht allein König Jubæ, der Ihm Beystand geleistet / sein Königreich / sondern straffte alle Städte in Africa, welche Scipioni entweder mit Geld / Volck / oder Victualien / Hülffe und Vorschub / wider Ihn getahn / doch beschützte Er Sie vor Gewalt / hielt auch ein Unterscheid mit der Straffe. *Jul. Cæsar de bello Afric. cap. 28.*

(o) Jus

(o) Jus foederum quidem vult, ut vi legis, consequenter obligationis, Princeps praestanda praestet. Sed, cum major necessitas ipsum impediat, quo minus eo modo, quomodo vult, suum officium faciat: ratio *observationis* § 3. lit. (d) hic merito habenda est.

(p. & q.) Per *observat.* § 2. lit. (i.) Hac in re Legati *qualitas* attendi debet; qua de *in Tract. de Consiliario* & *Tr. de bello* nonnulla deducuntur. Quodnam autem hic Consilarii, vel potius Legati officium sit, amicitia utilis &c. inter Principem & foederatum ne dissolvatur, ex 2. *Rhet. cap. 4. & 5.* addisci potest. Ante omnia is exponat, qualis (I.) necessitudo inter Principem & foederatum &c. haecenus intercesserit, quibus modis ipsi praesto fuerit. *Auxilii qualitatem* explicet per *lib. 2. Rhet. de gratia* 7. n. 11. verb. *Spectatur enim beneficium re ipsa magnitudine, qualitate, tempore, loco* (II.) *beneficii qualitatem* dilatet ex *lib. 5. Rhet. cap. de bono atque utili simpliciter* 6. *It. cap. de bono atque utili comparate* 7. *It. cap. de Rebus*

honestis & laudabilibus 9. Beneficiis,
 quæ vel ultrò, vel vi fœderis seu legis in-
 ter fœderatos quasi promulgatæ apud
 Principem collocavit, dilatatis: id officii
 (III.) Legatus gerat, ut, quàm gratò ani-
 mò Princeps suus sit ac fuerit erga fœ-
 deratum, quamq; sollicite ejus saluti con-
 sulat, dicat. Hoc ipso suo Principi fœde-
 rati amorè Legatus conciliat, per d. 2. Rhet.
 4. n. 11. Ubi: Eos, Philosophus inquit, *amant,*
qui aut propensi sunt ad alios pecuniâ adjuvan-
dos, aut ad eorum salutem defendendam. (IV.)
 explicet, quod eo amore ductus com-
 pensandi occasionem hætenus quæsi-
 verit, sed nullam invenire potue-
 rit; Principis autem sui benefi-
 cia in fœderatum collata extenuet per
 2. Rhet. 7. n. 10 verbis: *aut reddidisse, non*
dedisse. Et, si unquam, hocce sanè tem-
 pore occasionem ex optari (V.) expo-
 nat; sed, & Principi, & ejusdem fœde-
 rato hostis imminentem impetum vel
 irruptionem dilatet. Neque Principem,
 neque fœderatum tot militibus stipa-
 tum

tum esse, quibus, conjunctis viribus, hosti resisti possit (VI.) monstret (1) per lib. 2. Rhet. cap. de Metu 5. n. 4. verb. *Necesse est terribilia esse, quæc. videntur magnam vim habere interimendi, aut ita nocendi, ut magna aliqua molestia consequatur.* (2) per n. 15. verb. *Et qui terribiles sunt potentioribus, etiam ipsis terribiles sunt. Nam si potentioribus nocere possunt, multo magis ipsis. Eandem ob causam iis, quos timent, qui potentiores sunt.* (3) per n. 16. *Et qui majoribus viribus præditos sustulerunt, sc. metuendi sunt.* Addatur amplificationis ergò l. 1. Rhet. 4. n. 17. *Ad hæc autem necesse est non propria modò ac domestica bella cognita habere, sed & aliorum, quis ea exitus consequatur: similia enim similis plerumque exitus esse solet* add. n. 7. *Et qui non dubitant in impotentiores impetum facere, aut enim jam metuendi sunt, aut certè cum viribus aucti sunt.* (4) per n. 4. d. cap. 5. verb. *Necesse est terribilia esse, quæc. videntur magnam vim habere interimendi, aut ita nocendi, ut magna aliqua molestia consequatur.* Hostis bellicis viribus, utpote militum,

militum quantitate, qualitate, iisque omnibus tam præsentibus, quam futuris, quæ sc. facile parari possunt, ita monstratis: Legati officium (VII.) est & sui Principis, & foederati vires & copias æque præsentis ac futuras cum illis conferre, hasque extenuare, propositio- nibus hisce de metu allatis inversis. Idem, qui eadem in re *Alexandri Magni Præceptor in Rhetorica ad Alexandrum* fuit, esto in reliquis *lib. Rhetor: Principum omnium* (qui arma tractant, bellaque gerunt) *Consiliariorum ac Legatorum quoque Præceptor Aristoteles*, qui *i. Rhet. s. num. 14.* De bello autem & pace dictu- rus, inquit, primùm quidem civitatis vi- res, & copias teneat, tum quantæ sint ea, quæ nunc suppetunt, tum NB. quæ prætereà parari possint; & cujus generis utraque sint: tum quomodo & quæ bella gesserit. *Ib. n. 15.* Neq̄ verò de sua, sed & de vicinis civitatibus hæc co- gnorit necesse est, &c. *It. n. 16.* Sed & copias utriusq̄ similes, an dissimiles sint, nosse oportet. Nam in hoc quoque positum est, ut aut meliori,
aut

aut iniquiori conditione pugnetur &c. Quando foederati & sui Principis vires tam præsentes, quam futuras ductu Aristotelis, collatione habitâ, depressit, bellum defensivum dissuadeat, amicabilem compositionem suadeat per d. 1. Rhet. 4. n. 15. verbis: Aut de iis, eum quibus bellum existere posse opinio est, ut cum potentioribus quidem quietè pacificeque vivatur; adversus inferiores autem in eorum potestate sit, qui deliberant, bellum facere velint, an minus. Rationes (VIII.) afferat, quo dolore suus Princeps afficiatur, quo ve moerore conficiatur, non sui ipsius, sed foederati, utpote amici causâ, quòd immani illi periculo, bello defensivo suscepto, expositus sit per d. 2. Rhet. n. 4. Ubi Philosophus: Necessè, inquit, amicum esse cum, qui unâ gaudet bonis, doletq; adversis alterius, nullam aliam ob causam, nisi propter illum. Ut hæc omnia cohæreant (IX.) sui Principis, totiusq; territorii exitiû impendere, si ipsi foederato suppetias ferret, latè demonstrat (1) per

stret (1) per 2. Rhet. cap. de metu n. 10. verb.
 plerumq̄ terribile est, ex aliena potestate pende-
 re. (2. 3. 4. 5.) per observat. 8. lit. (b) obser-
 vat. 32. lit. (b) observat. 35. lit. (n) ibi Mis
 lit. Erinner. videatur. Hæ sat gra-
 ves causæ sunt, quare foederatus Con-
 siliarii Principem excusatum habere de-
 beat, quò minus suo foederato extremis
 angusto in tempore rebus consulere
 queat. Ut (X.) suo Principi foederatus
 ignoscat, compensandi spem habeat,
 per observ. 34. lit. (m) ipsumque amare
 pergat, nec foedus rumpat, Consiliarius
 roget per lit. (m) hujus observat. 35. Foede-
 ratus autem ne existimet, suum
 Principem ab eo amico defecisse, illi
 amorem adaugeat per 2. Rhet. 4. verb:
 Eos quoque amant, qui aut propensi sunt &c.
 ut n. III. hic dixi. Et in eod. cap. 4. n. 14.
 verb. Amamus etiam eos, quibus amici fieri
 volumus, si ipsi quoque idem velle videantur.
 Hoc est, Legati officium est, ut dicat,
 quod Princeps in hoc operam daturus
 sit, quod vel ipse, vel per hostis ami-
 cum,

eum, vel per legatum, vel per literas,
 vel hisce modis omnibus hostem ipsum
 flectere, dictam amicabilem composi-
 tionem tentare promptus ac paratus
 sit. Refero huc Militar. Err. pag. 94.
 Ehe man einem Freund und Bundesges-
 nossen zu hülffe kömpt/ so soll man desselben
 Feind zuvor ersuchen / daß Er von seinem
 Beginnen abstehen wolle. Solches ges-
 schach vom Domitio Calvino, welchen
 Dejotarus wider Pharnacem umb Hülff-
 fe angeruffen hatte. Dann Er sandte Bots-
 ten zu Pharnace, und ließ Ihm anzeigen /
 Er solte aus Armenia weichen / und dem
 Römischen Volck an Ihren Majestät
 und Rechten keinen Eingriff thun. Jul. Caf.
 bell. Alex. cap. II.

Quibus à me rudi Minerva proposi-
 tis, ex arte oratoria accumen & orna-
 tus, addi possunt. Hic enim nihil aliud
 ago, quàm ut futuris Politicis seu Juris
 N. Studiosis ex Rhetor: Aristotelis ar-
 gumenta suppeditem,

36. Ut

36. Ut VI. ulterius resolvam, quomodo nempe foedera solvantur, nosse conducit hanc propositionem: *Fœdus solvitur vel lege, & ex natura sua (r) vel ob certa quædam accidentia. Accidentia autem vel à fortuito casu (s) proveniunt, vel à fœderato ipso. (t)*

(r) h. e. quando præterlapsum est tempus, quousque durare debet foedus. Etenim ejusmodi fœderatorum pactum inter eos lex est. Hoc fundamentum quoque est §. 6. j. l. 65. §. 10. ff. pro socio.

(s) Fortuitus casus vel in rebus, vel in persona accidit. In rebus, quando, fœderatus alteri utilis esse desinit per *hypoth. 9. Eth. 3.* Hinc ratio, quare & societatis contractus, rebus intereuntibus, solvatur: vel, quando societate
uni-

universali in itâ bona in societatem col-
lata amittuntur, vel per factam publi-
cationem ob delictum socii §. 7. §. l. 63.
§. ult. ff. d. t: vel quando socius bonis
cessit. §. 8. §. l. 65. §. 1. d. t. In persona
fortuitus casus accidit (1) confœdera-
ti Principis morte *per def. fœderis* verb. *so-*
cietas add. rationem consequentiæ *obser-*
vat. 31. lit. (t) cùm sc. desinat amicus ef-
se add. *observat. 23.* Ex quo principio ma-
nifestum est, quare societatis contra-
ctus morte socii etiam unius solvatur
per l. 68. §. 9. ff. d. t. Etenim societas est
contractus, quô plures amici ex collatis
vitæ instrumentis lucrum licito modo
quærunt. Sic & Principis civili morte
fœdus solvitur, & quidem maxima &
media capitis diminutione. Media ca-
pitis diminutio esset si nempe Princeps,
vel Respubl. sub alterius jugum ac po-
testatem redigeretur: tùm enim sub
protectione alicujus superioris esset, nec,
accuratè loquendo, fœderatus amplius
diceretur *per def. fœderis & obser. 4.*

(t) Acci-

(t) Accidentia à foederato ipso pro-
 veniunt, quando in bono definiendo
 seu ad id obtinendum cum foederato
 regulariter non amplius convenit. Et-
 enim foedus societatem definivi, ejus-
 demq; essentielle mutuum amorem seu
 amicitiam esse, sæpissimè dixi. Hinc de-
 finit foedus ac rumpitur, quando vel
 mutuâ, vel unius poenitentiâ subsequuta
 renunciatio ante tempus destinatum
 fit. Renunciatio fit contrariam volun-
 tatem declarando. Hinc ea (*per obs. 18.*)
 vel expressè, vel tacitè fit. Tacitè, quan-
 do ex facto alicujus voluntatem colligi-
 mus: *verbis*, iisque vel scriptis, vel ore
 prolatis e.g. per Legatum. Indè ratio *l.*
64. ff. pro socio, add. l. 5. C. eod. Ex facto con-
 trariam voluntatem colligimus, sequen-
 ti modo, ita, ut renunciatio ipsi fieri pos-
 sit, vel ipse renunciaret.

37. Tacitè foederatus contrariam voluntatem
 declarat, vel quando alterum foederatum eo
 tempore ac loco non adjuvat, quo potest, nec
 justas excusandi causas habet, quare ipsi auxi-
 lio

liō non veniat (u) vel, quando jam agere,
 vel statim ab initio in feriendo fœdere egisse
 manifestum est. (w)

(u) *Per def. obligationis.* Nam obligatio est necessitas moralis imposita libero homini ad aliquid faciendum, patiendum, vel omittendum. Hinc quicumque eo ipso facienda non facit, quæ se facturum promiserat, per consequens sibi metipsum non coactus necessitatem imposuerat, is contrariam voluntatem declarando eis renunciat, ad quæ facienda &c. obstrictus erat. Hæc autem renunciatio in fœdere fit ex justa causa (*qualis esse potest observat. 32. observat. 8. lit. (b)*) Et hoc modo fit tempestive. Nam quatenus ipsi nihil imputandum est, excusatur. Hinc est *l. 14. ff. pro socio.* Et hæc renunciatio omninò est permissa, in tantum, ut fœderatus Princeps de altero, sive *expressè*, sive *tacitè* renunciet, & quidem *tempestive*, conqueri nequeat. Eam ob causam idem dicit *l. 14. l. 17. ff. d. t.* Secus verò, quando renunciatio intempestiva est. Hoc

(w) Hoc modò intempestiva re-
nunciatio dicitur, vel quando ea sine
iusta causa, vel calliditate ante foedus
finitum fit. Ratione *doli*, verum est,
per deductionem *observ.* 31. *lit.* (a) cum
omnis is, qui in dolo est, sit *causa injusti*
per se: & is, qui *causa injusti per se* est
(*per naturam ejusdem*) ad interesse tenea-
tur: indè sequitur, quod intempestivè
renuncians dolò ad *interesse* alteri foede-
rato Principi teneatur, quod ipsius in-
terest, renunciationem factam non
fuisse. Hinc conclusio est §. 4. *Instit. l.*
17. §. ult. l. 65. §. 3. ff. pro socio.

38. Quando unus eorum, qui se se foederatos
esse putant, infidelis occultè est, (x) foedus
non est, nec consultum, ut semel supplantatus
nec deceptus posthàc in fraudem inducatur. (y)


(x) Per *observ.* 31. add. *observat.* 6.

(y) Per illud notissimũ NB. qui semel do-
losus est, sèper in dolo esse præsumitur.

Hactenus b. c. D. de foæ-
deribus.

F I N I S.

e.
e
s
,
ri
ti
t
e
è
n-
n
l.
s
s
s
)
n
b
o
r
t
t
a




AB 147 622

X 261 4060

R


VD 17

6.00 Koch



145






B.I.G.

Farbkarte #13



OBSERVATIONES 4
 DE
 PRINCIPUM ALIO-
 RUMQUE IMPERII
 STATUUM
 PRAEDERIBUS.
vulgò
 Alliancen / ꝛc.
Autore
 MATTHÆO STIERIO,
 J. U. L.

 HANNOVERÆ,
 apud Wolfg. Schwendimanñ, Duc. Ty.
Impensis
 PARI MOSERI Bibliopol: Hannov.
 Anno M. DC. LXXI.

